

DIALOGVS PRIMVS. 3

GASPAR ET MODESTVS.

de nundinis fabulantur. GAS.



GE uero *modeste*, quot dies hinc
absumunt mundinarum ferie, qui-
bus frequentes adeo huc peregri-
ni adueniunt mercatores?

MODES. Dies, ni fallor, quat-
tuordecim, nam accurate singu-
las penè horas ad calculum uo-
co, siquidem, nullum tempus to-
tius anni cupidius expecto, quàm
nundinarum. GAS. Non in-
iuria, quandoquidē hæ ferie par-

tim nuncios, partim literas, partim omnibus literis gra-
tiores pecunias, nobis apportant. Quod si non & mihi
iam plane exhausto, proximæ nundinæ argenti subsidi-
um attulerint, non potero hic diutius durare. MO.
Pecunias quidem, id quod satis scio, accipiam nullas, pã-
num tamen in uestem hybernã, se discedenti, mihi mis-
surum promisit pater. GAS. Utinam uter que uoti cõ-
pos fiat, ut & tu commodius uestitus, & ego numatior,
urgentis hyemis iniurias minori negotio propulsare
queamus;

DIALOGVS II.

A 3 OSVALDVS